

effusa. Rodulphum alterum fratrem S. Sophia  
Marchionem. Consobrinum denique tuum Joannem  
Baptistam aurei Velleris equitem CÆSARI  
à cubiculo, & secretis consiliis, ejusque ad Vene-  
tam Rempublicam Legatum, quem Tibi una stu-  
diorum ratio, una commissarum gravitas rerum,  
una in CÆSAREM fides supra naturæ necessi-  
tatem conjungit. Rodulphum, Antonium Phi-  
lippum, & Carolum filios tuos, ex quibus in  
propagatione familiae eternitatem Colloredi no-  
minis, quam precor expectat.

Ast ego Comes Excellentissime, ut communi  
est in dictorio, cum umbra dimicasse, hætenus  
mibi videor, ultro enim Germania, quæ Te Mo-  
raviensi provincia suæ præpositum habuit, &  
maximum in Bohæmia feudalium questionum  
judicem habet, concessisse nobis dicendum est, ob  
commissam fidei prudentiæque tuæ amplissimam  
urbem, atque regionem, Italiae universæ præsi-  
dium adversus exterarum gentes; itemque Te in  
Italiam matrem filium gerere ob eximia chari-  
tatis & amoris pignora, quæ in traditam Rem-  
publicam contulisti, unde merito letari ordines  
omnes civium aspiciebas, cum CÆSARIS Cle-  
mentiâ datum iterum Te nobis vulgatum est,  
constantisque virtutis Tuæ laudes à bonis omni-  
bus efferuntur, quas cum modestiâ tuâ compescere  
niteris, veluti obducti cineribus carbones ferve-  
scunt; unde merito dignitates tuæ in dies augen-  
tur, & collatis honoribus novus honor accedit.  
En Te supremum in Bohæmico regno Archida-  
pise-